

HUGONIS
DE
REUTLINGEN
FLORES
MUSICÆ
ARTIS.





La vignette du titre représente
un atelier de [illegible]
C'est la légende de Pythagore
sur l'enclume et les marteaux


S.G.

Capitulum primum.

Capitulum secundum.

Registrum.

Capitulum tertium

Capitulum quartum

Registrum

Incipit prologus in flores musice artis.

Sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis. Salomon Cā-ticor. ij. Hec verba scd̄m hystoriam sunt verba Salomonis: ad amicam suam filiā pharaonis: regis egypti. Quamuis aūt scd̄m allegoricam expositionem. ihesus xp̄us saluator mundi per salomonem (qui pacificus interpretatur) clare designatus verbis prelibatis alloquitur omnem hominem benignum ⁊ deuotum: a quo inuocari desiderat: ⁊ laudari. Specialiter cum eisdem verbis alloquitur omnes ⁊ singulos clericos: qui ab ipso ad hoc sunt electi. vt laudes eius pro se ⁊ sibi commissis attente resonent ⁊ decantent. Unde cuilibet ipsorum petitioni dicit. Sonet vox tua in auribus meis vox enī tua dulcis. Et quia dulcedo vocis non solum procedit ex deuotione cordis: verumetiam ex cognitione artis Ideo ista ars siue sciētia q̄ talē cognitōz docet ⁊ aministrat a quolibet clerico studiosius est addiscenda. Hec aūt scientia est musica: que licz in pluribus voluminibus prosayce ⁊ dispendiose sit tradita ⁊ descripta. In subscripto tn̄ libro qui Flores musice artis: intitulatur: pro nouellis clericis: ad ista que ipsis maxime sunt necessaria compendiose ⁊ faciliter est metrificata. In hoc autem libro autor duo facit primo permittit prohemium. Secundo prosequitur suuz intentum Secūda pars ibi. Musica subscriptis. In prohemio tria facit. primo permittit titulum nomenqz libelli. Et cum hoc artem illam: siue scientiam de qua tractare intendit. Secundo eandem artem breuiter approbat ⁊ cōmēdat: vt ex illa cōmendatione auditores beniuolos reddat ⁊ attentos. Tertio diuinum auxilium: sine quo nihil boni

Salomon ⁊ pacific[illegible]
Verba p̄libata

perfici poterit: inuocat' et implorat. Prima pars in princi-
pio libri. Musica per flores Secunda ibi. Omnes per par-
tes. Tercia ibi. Omnia qui pascis.

m Usica per flores subscriptos prestat odores

Dulces ac mores aptos confert et honores

Que breuibus scriptis tibi commendatur in istis

Omnes per partes cunctas si disceris artes

Concordem cantum tradet tibi musica tantum

Per quem laudari deus almus vult et amari.

Ergo clericuli studiosi quique nouelli

Cantum confusum varijs in partibus vsum

Sunt postponentes: artem veram retinentes

Per quam saluator cantus concordis amator

Digne laudari semper queat et venerari

Omnia qui pascis omnipotens precor assis

Hanc artem clare valeamque metrificare

Hic vt clericulis possim prodesse nouellis

In ista prima parte dicit autor. quod scientia musice artis per subscriptos flores: et per subscriptum librum siue trac-
tatum discentibus et diligenter legentibus dulcem ac suauem

offert odorem ad modum suauissime redolentium. qui his
qui seipsis propius applicauerint dulcedinem et confortationem multiformem prestare solent suo dulci odore. Et
ob hoc iste liber flores musice artis est appellatus. Quia
discentibus non solum dulces prestat odores, verumetiam
studiosis clericis aptos confert mores: et varios apud deum et homines honores. Omnes per partes) Sequitur
nunc secunda pars prohemij. in qua autor materiam huius operis approbat et commendat dicens. quod inter omnes
sciencias liberales sola musica docet concordare cantum:
qui dulcis est in aure domini A Quamuis autem
apud hebreos cantus musicalis: et instrumenta musicalia
diuersa ad laudem dei longe ante incarnationem domini
fuerint adinuenta. vt cythara: chorus: tympanum: organum: lira: psalterium: cymbalum. In quibus omnibus propheta dauid/ tam in psalterio quam in secundo libro regum:
hortatur et iubet nos laudare deum. Vnde ait. Laudate
eum in tympano et choro: laudate eum in cordis et organo
Et iterum. In psalterio decem cordarum psallam tibi. Iterum. Laudate eum in cymbalis benesonantibus B
Tamen post incarnacionem cristi plures doctores sancte ecclesie
et specialiter sanctus Gregorius et Ambrosius cantum musicalem ad laudem dei et sanctorum multiformem dictauerunt
Magis tamen gregorius varium cantum musicalem: quo
tam latini quam alemani: cum ceteris linguarum diuersarum nationibus vtuntur in diuino officio. in duo volumina librorum
videlicet in anthiphonarium et graduale collegit dictauit et
neumauit seu notauit. Processu tamen temporis quidam alemani
et precipue canonici ordinis sancti benedicti: qui cantum
musicalem non solum ex arte: verumetiam ex vsu et consuetudine perfecte et cordetenus didicerant ipsum: omissis clauibus
et lineis: que in neumis seu nota musicali requiruntur simpliciter in libris eorum notare ceperunt. et sic decantauerunt
deinde iuniores et suos discipulos sine arte ex frequenti vsu
et ex magna consuetudine cantum informare. qui cantus sic

per consuetudinem doctus ad diuersa pertienerint loca. Unde iam nō musica: sed vsus est denominanis. In quo tñ cantu discipuli deinde a doctoribus: et doctores a discipulis multiformiter discrepare ceperunt. Ex qua discrepāntia et artis ignorantia vsus dictus est ꝯfusus. quo vsu confuso spreto: nunc fere oēs alemani hactenus miserabiliter ꝑ cantum seducti: ad veram artem musice reuertuntur. Tēporibus eñ nostris sup oēs homines varijs artibus intendentes: cantores vsum addiscentes magis fatui iudicātur. Quia in omni arte plura sunt que nro sensu ꝯgnoscimus q̄ȝ ea que a magistris discimus. Perlecto eñ donato et psalterio omniū aliarum orationū vocabula de facili ex consimilibus sillabis cognoscunt. Et rustici facto vno sulco agri subito scientiam agriculture agnoscunt. Item vinitores scientia vnius vitis (quomō terre inseri et postmodū ꝑ iuncum palo: seu baculo allegari: seu putari debeat) cognita: subito illam artem ex consimilibus didicerunt. et sic de oībus alijs scientijs ℂ Stulti aūt cantores vsuales et ipsorum discipuli. etiam si per centum annos quottidie cantarent: vnam tñ hystoriam seu officium per se cantare nequeunt. tempus multum: in quo possent in pluribus artibus proficere: inutiliter expendentes. Unde etiam ꝑ cantū suū et varia discrepantia frequenter deum et sanctos suos non laudare. Sed se inuicem in choris et in ecclesijs ꝯfundere solent. et ꝑ hoc deum ad iracundiam prouocare. Uanitate ergo vsus postposita cuncti cantores: qui hactenus vsum didicerant: et cantauerant ꝑ ꝯsilium autoris huius operis ad veram artem cantandi reuertantur: que ars est musica In qua ex similibus similia faciliter cognoscuntur vt cantus ipsorum concors fiat et acceptus deo. Omnia qui pascis. In ista parte et vltimate autor implorat diuinum auxiliū pro opere suo vtiliter complendo. Et hec pars satis lucide in textu declaratur

m Usica subscriptis fiat tibi cognita dictis

Prohemium

In cordis cista situ benefixeris ista

Istinc bis binas que seruant ordine partes

Per primam partem discas soluere artem

Jungit mensuras monocordis altera puras

Tercia datque modos perfecte noscere cunctos

In quorum formis cantus contexitur omnis

Quartaque cunctorum dat formas nosse tonorum

Ut valeas clare psalmos ex arte tonare

Premisso prohemio autor prosequitur suum intentum. Et diuiditur hec pars in duas. D In prima diuiditur opus istud in quatuor partes: siue in quatuor capitula annectens cuiuslibet capituli materiam de qua tractat. Secundo subiungit illa per ordinem Secunda ibi pollicis in capite. In prima parte dicit autor. Si iam scripta dicta que in quatuor capitula distinguuntur subtiliter et perfecte tenaci commendamus memorie: musica fiet tibi nota. Tractat autem primum capitulum de tribus alphabetis: que sinistre manui applicantur cum vocibus musicalibus, que in solutatura requiruntur. Secundum tractat de monocordo, et variis eius mensura. Tertium tractat de nouem modis antiquis, et quibusdam modernis, quibus omnis cantus contexitur. Quartum vero capitulum tractat de octo tonis, quibus omnis cantus specialiter in fine diiudicatur. Circa hanc partem nota quid sit musica, et vnde dicatur, et quis sit eius effectus. Et qui primum fuerunt eius inuentores, et quot sunt eius species. E Musica sic diffinitur. Est liberalis scientia perite

cantandi copiam administrans. Vel sic. Musica est recte cantandi scientia. Que (teste Boecio) inter septem artes liberales obtinet principatum. Et eo q̄ omnes alie artes in suis vocabulis vocum intensionem ꝛ remissionem. id est tempus longum et breue requirūt. circa que musica specialiter versatur. Dicitur autem musica a musis. que scd̄m fabulas asseruntur fuisse filie iouis ꝛ memorie. Nisi em̄ ab homine memoria teneatur soni pereunt: quia scribi non possunt. Vel dicitur musica: a moys quod est aqua ꝛ icos scientia: quasi scientia aque. Ars em̄ musica dicitur iuxta fluentium aquarum varios sonos fuisse adinuenta. Vel quia dulcius ꝛ sonorius instrumenta musicalia iuxta aq̄s vbi impetuositas non impediuerit: sonare cernuntur. Nec mirum: sunt em̄ vicinia elementa aer ꝛ aqua. que maxime concurrunt in homine vociferante. Effectus autem musice est: vt faciat nobis deum placatum. quem (iuxta dictū prophete) laudare debemus per dulces musice cantus ꝛ instrumenta musicalia diuersa. Laus aūt dei est honor dei. Quicunq̄ aūt honorauit deum honorabitur ab eo. sicut ipse ait in euangelio. Quicunq̄ honorificauerit me honorificabit eum pater meus qui in celis est. Et sic patet euidenter q̄ musica placat nobis deum. verū etiam hortatur ꝛ inducit nos ad quoslibet labores facilius tolerandos. Singulorum em̄ operum fatigacōem: vocis ꝛ sonorum modulatio ꝛ dulcedo consolatur: ymo etiam demones fugat. Vnde legitur primo libro regum. vi. capitulo. q̄ q̄ncunq̄ spiritus malignus arripuit ꝛ torquebat saul regem: tollebat dauid cytharam: ꝛ percutiebat manu sua: ꝛ reuocillabatur saul. ꝛ melius habebat. Recedebat em̄ ab eo spiritus malus nequiens dulcedinem cythare audire. Primus autē auctor musice artis fuit Tubal ante tempus moysaice legis ꝛ ante diluuium. Unde legitur genesis. iiij. q̄ lamech (qui fuit de stirpe chaim: ꝛ septimus post adam. Duos habuit filios. nomen vnius erat Abel. qui fuit pater habitantium in tentoriis ꝛ pastorum. Et nomen fratris eius Tubal. q

Capitulum primum

Et quia scribitur in principio ecclesiastice hystorie Omnis sapiētia a domino deo est: et cum illo fuit semper. et est ante euum. Ipse deus qui per spiritum sanctū primo cordi tubal (de quo supra dictū est) scientiā musice artis infudit. qui etiam diuidū singulis prout vult (vt ait Apostolus). Deinde eandem scientiam cordibus aliorum infudit. Unde scribitur quod Pithagoras philosophus primus apud grecos musice artis repertor fuit. Translator autē eiusdem artis in latinū Boetius. genere et scientia clarissimus. et eiusdem artis scōm numerorum proportōem inuestigator profundissimus Guido vero monachus. extitit vocum inuestigator diligentissimus. et commendator traditorque certissimus ¶ Diuidit autē musica in tres species. Alia enī vocatur armonica Alia rigmica. Alia metrica. Armonica est que discernit inter sonos videlicet grauē et acutum et est idem armonica: et discretio modulationis. Rigmica est que requirit inquisitionem dictionū vtrū bene vel male cohereāt dictiones Metrica est que mensuram diuersorum metrorum ostendit probabili ratione De prima autem specie (que primitus per pitagoram iuxta varios sonos malleorum fabricantium ex varia intensione et remissione cordarum fuit considerata: duabus alijs omissis) tractatur in hoc opusculo Sunt et alie varie diuisōes musice que hic causa breuitatis sunt omisse

Capitulum primum

p Ollicis in capite scribi vale gam aut apte

Quod grecam formam per scripturam capit istam Γ

Hoc alphabeta connectis in ordine trina

Vocibus adiunctis: quas dat tibi musica cunctis

Pro signo vocis istic vocem vocitabis

Capitulum primum

Hec alphabeta sinistra manus sociabit. Per quorum vo-
ces cunctos cantus variabit. Prima duo finit g. ternum
cursitat ad d Gamaut ac are bmi pollex sociare. Uult in
radice post cfaut indicis esse. Sz fert dsolre digitus longis-
simus inde. Fert elami medius. capit ffaut auricularis.
In cuius gremio gsolreut esse memento. Inde suo mox
collo gerit hic alamire. Et caput ornari cupit ei9 p bfabmi
Pilleus o medice tibi sit csolfaut apte. Sed dlasolre digi-
tus fert longior inde. Indeqz hinc iterat elami quod ver-
tice portat. Ffaut in digito redit. z gsolreut ipso. Hinc ala-
mire gerit medius. medicus bfabmi Et ccsolfa repetit. me-
di9 ddlasol Singla pscripta man9 h mõstrat tibi picta

Premissa libri diuisiõe in capla. nũc autor pseqf ista p ordinem. Et põt hec ps diuidi in quatuor ptes: fm nũerum quatuor capitulo℞. Scda ps ibi. Mensio sed facta. Tercia ibi Inde modos. Quarta ibi. Post predicta. Prima diuidit in tres ptes pncipales. In pma enĩ pte tractat autor de his que sunt pncipia in musica: q ad soluaturã. sicut sunt tria alphabeta. que p claues z voces: p lineas qz z spacia sinistre manui associant. In scda pte subiũgit soluaturam p vocum mutatõem q ad omnẽ cantũ In tertia pte cantũ in diuersas distinguit species: quedã incidentia an-

De tribus alphabetis

nectendo. Prima ps in pncipio ibi. Pollicis in capite.
Secunda ibi voces mutare. Tercia ps ibi. Discas hinc
manū. Adhuc pma ps diuidit in duas ptes. In pma pte
pmittit pmam vocē quā vtunt musici cū quadā claue gre
ca. In scda pte subiungit reliquas voces musicales iunc
tas clauib latinis. Scda ps ibi Vox alpha. In pma
dicit q Γ g grecum cū hac voce ut: pmo manui sinistre in
capite pollicis. id est in summa iunctura debet collocari.
quod etiā cū greca forma videlicet ista n Γ t debet scribi v
bi depingitur manus. Quis pter metrū sub alia forma scri
batur in textu. Preponit aūt hec vox ut cū greco g. vt a q̄
est lrā pma latina altrinsecus tonū infra se. vt hac voce re
sibi ascripta habat. g grecū ad latinū g dyapason intrudu
cat. vt lucidius infra patebit in scdo capitulo. Et pterea q
g grecum preponit z latine lre subsequūtur: datur intelligi
q musica pro maiori pte pmum a grecis fuit adinuēta. a la
tinis vero ꝯsumata Vox alphabeta zc. In hac pte sub
iungit autor claues latinas: cum musicalib vocib sibi iū
ctis. Et diuidit hec pars in duas. In pma parte declarat
tria alphabeta. que sunt claues in musica quo ad vocū su
arum associacōz. In scda pte declarat illa q̄ ad vocū suarū
ꝓprietatez. Scda ps ibi (Hec alphabeta) Adhuc pma ps
diuidit in tres ptes. In pma declarat predicta tria alpha
beta quo ad suū pncipium z finem. In scda pte in manus
sinistre iuncturis p ordinē locat illa. In tertia pte voces di
ctis alphabetis iūctas anūciat. Et quotiens in manu locen
tur assignat. z cū hoc ꝓprietatem iuncturaꝝ sinistre manus
q̄ ad lineas z spacia z q̄ ad numeꝝ lineaꝝ z spacioꝝ diluci
dat. Scda ps ibi (Gamaut a/are bmi) Tercia ibi. His vi
sis voces. Hec tertia ps pōt diuidi in plēs ptes sm q plā
declarant in illa. Ad cognitōem textus nota. q vbicūq po
nitur in hoc libro hec dictio vox: nō p vera voce: s pro sig
no vocis ponit. Nō eñ ut re mi fa sol la sunt vere voces: s
signa vocū. Reliqua oīa sufficienter patent vsq ad illū
locum. His visis zc.


Ela
dd lasolre
eelami
csol faut
ffffaut
ddlasol
ccsolfa
bfa ♮mi
ggsolreut
aalamire
bbfa♮mi
alamire
gsolreut
Γut
Are
Bmi
Cfaut
Dsolre
Elami
ffaut
Sex vocum arsis z thersis
c f g
In natura bmollis q̃z bdura]
a d e
Disce manum tm̃ si vis bene discere cantũ
Absq; manu si frustra disces p plurima lustra

Capitulum primum

His visis voces quas dat tibi musica noscas

Juncturas vocum post hoc ex ordine noscas

Ut re mi fa sol la voces musica cantat

Ordine sinistra septeno quas manus optat

Ut per prescripta poteris cognoscere dicta

Post hec cognosce: quid linea: quid spacium ve

Impar junctura fit quevis linea dicta

Vult numeroque pari spacium junctura notari

Linea bis quina novies spacio sociatur

Quando tota manus per juncturas peragatur

In ista pte autor voces dictis alphabetis iunctas an numerat. z quotiens in manu locentur assignat. z cũ hoc ꝓprietatem iuncturaꝝ sinistre manus quo ad lineas z spacia. z quo ad numeꝝ lineaꝝ z spacioꝝ dilucidat. Et dicit si ea que prius dicta sunt: z in textu ɔscripta diligenter z subtiliter ɔsiderata cognoscere possumus: ɋ musica tñ sex vocibus cantat videlicet bis ut re mi fa sol la. Istas eñ reppimus sup oĩbus clauibꝰ p ordinem sinistre manus sociatis. iunctas ab eo loco Γ ut videlicet vsqȝ ad illum locum dd la sol. z non plures. Eedem aũt voces siue signa vocum septies replicantur in manu. Et ex hoc septem vsurpant sibi dispositiones: quaꝝ pͥma incipit in Γ ut z finit in E capitali. z habet suum fa in C capitali. Scđa dispositio incipit in C capitali. z finitur in a minuta. z habet suum fa in

Capitulum primum

F capitali. Tertia dispositio incipit in F capl'i: z finit in d minuta. z habet suū fa in bmolli. Quarta dispositio inci/pit in G capitali. z habet finē in e minuta. habetq3 suū fa in c minuta. Quinta incipit in c minuta: z finit in aa gemina ta. z habet suū fa in f minuta Sexta dispō incipit in f minu ta. z finit in dd geminata. z h3 suū fa in bb rotunda: seu b/ molli. Septima incipit in g minuta. z finit in dd gemina/ ta. z h3 suū fa in cc geminata. Cui dispositiōi deest vna vox: sc3 la. q3 in vltimo cantu b durali eadē vox nō est necessaria Licet quidam addant Ela exterius in manu post ddlasol. Que aūt sit vocē capitalis: vel minuta. vel duplata postea plenius patebit. poterit etiam in textu seu in manu p figu/ ras litteraꝝ trium alphabetoꝝ suffcienter apparere.

Post hec cognosce. Hic ostendit quid sit linea. z quid voce tur spacium. z quot sint linee in manu. z quot spacia. Que patent lucide in textu

Hinc alphabeta poteris cognoscere trina

Que sunt prescripta discendo sequentia dicta

Sillaba sit prima claui's referat quia cantum

Sunt voces relique quia curuantur resonare

Grossas dat primum claues: modicasq3 secundum

Quatuor ac claues tertium seruat geminatas

Primi scito graues alphabeti fore voces

Ex quibus extremas dic quattuor associatas

Esse graues: quia voce graui resonare videntur

Dic quia finales cantum finire iubentur.

Vox grauium prima sit syllaba gamaut yma

Alterius voces cunctas fore dicis acutas

Dat ternum superaccutas cunctas tibi voces

Clauibus in grauibus sed si quit currere cantus

Non affinales debet percurrere claues

In ista parte declarat autor tria alphabeta prescripta: quo ad claues suas. et quo ad vocū sibi iunctarum proprietates Et s*m* hoc ista pars pōt diuidi in duas In prima parte autor differentiā clauiū assignat In scda parte autor subiungit differentiā vocum suarum Scda ps ibi. Primi scito graues. Ad pleniorem cognicōem tam eorum que dicta sunt quam etiam eorum que sunt dicenda. A Sciendum est quod antiq*ui* musici p*ri*mitus septē tm̄ cordis seu vocib*us* in monocordo: et in sua musica vtebant*ur*. quas p*ri*mis septem litteris alphabeti figurauerūt. Deinde (vt dicit magister Guido) assumpserūt quattuordecim voces: siue notas. Quarum dispositio talis fuit. In musica et in monocordo circa p*ri*ncipium septem notas alphabeti posuerūt h*oc* mō capitalib*us* l*itt*eris signatas A B C D E F G. post has easdem repetebāt litteras. s*ed* minori forma. quas septem minutas litteras appellamus hoc mō sc*ilicet* a b c d e f g. que littere cū p*ri*oribus sunt eadem: grauitate tamen et acumine differentes. sicut se habet vox virilis ad vocem puerilem. et sic demū tm̄ quatuordecim notas habuerunt per septenarium institutas. Unde dicit magister Johannes musice artis egregius doctor. Sicut omne tempus naturaliter per septem currit dies. dum videlicet septem dies transeunt: et iterum repetuntur. Sic musica per septem tantummodo varietates notarum gradit*ur*

De tribus alphabetis

Unde notandum q eedem littere repetūtur. sed non omnino eedem. q2 sunt in figura dispares τ in situ. vt infra dicetur. Et sic visum est ingfo Guidoni antiquos tm̄ quatuordecim notas habuisse Γ autem grecum nondum appositum fuit. neq3 b qd̄ molle vel rotundū dicimus. ymo antiqui vnam cordam addentes primis septem alphabeti litteris in sua musica τ monocordo tm̄ octo notas habuerunt in quib9 poterant suū pficere cantum. B Moderni aūt circa hanc artem subtilius inuestigantes erant. videbant nanq3 antiquoꝝ notas ad melodiam non posse sufficere. sed sepe cantum ꝓpter paucitatem notaꝝ deficere τ cantus vsitatos habebant quoꝝ cursum in descensione cōplere non poterant. vt patet in antiphona. O rex glorie. Ideo gama grecum id est Γ in pmo loco posuerunt. alioquin cantus iste τ plures alij nō haberent cursum quo debite descenderent. Preterea b rotundū: qd̄ sepe ad cantum pficiendum uidebant necessariū addiderunt: τ inter a mi num. τ sic sequens quadratū b locauere. Talem differentiam inter b τ b assignantes vt aliud diceret b molle vel rotundum. Aliud b durum: vel quadratū. Et sic in musica τ monocordo sedecim notas disposuerūt. Deinde (vt scribit Guido prefat9) ne in musica vllus haberet defectus: vltras quatuor claues seu lr̄as cū suis vocib9 addidit. sed diuersis figuris quas quidam supfluas dicebant. Ipse vero maluit notas habundare q̄ deficet. quib9 etiam b rotundum interposuit: vt si opus foret: haberet in vltimis sicut in medijs. Ultimo vero moderniores: aū tempus sancti Gregorij: monocordis b molle b mi inter A capitale τ C capitale addiderunt. vt infra plenius patebit. Et sic in musica nunc vtimur vigintiduab9 clauib9. quaꝝ vigintiuna sufficiēter patent. Et ponūtur in versib9 scriptis (Gamaut are) Ultima pro apte repitur in monocordo. vt infra patebit C

His cognitis) Scire debemus q littere que pro clauibus in musica sunt assumpte: tres sibi vsurpant ordines. Pri9 ordo dicitur capitalium litteraꝝ. qui incipit in Γ τ finitur

Capitulum primum.

in a minuta. Secundus minutarū qui incipit in a minu-
ta siue in alamire ⁊ finit in aa geminata exclusiue Tertius
ꝟo geminatarum qui incipit in aa geminata ⁊ finit in dd
geminata inclusiue. Primus aūt modus differt a secundo
duobus modis in figura scꝫ ⁊ in situ loci. In figura qui-
dem. quia litere primi ordinis sunt capitales. Litere ꝟo se
cundi ordinis sunt minute. In situ loci differunt. quia li-
tera primi ordinis que est in linea in secundo ordine est
in spacio ⁊ ecōuerso. verbigrā A capitalis litera est in spa-
cio a ꝟo minuta est in linea B capitalis in linea b minuta
in spacio: ⁊ sic de alijs ꝑ ordinem. Secundus ordo differt
a tercio duobus modis in figura qꝛ simplices habet lite-
ras: tercius ꝟo geminatas. In situ loci quia litera secundi
ordinis que est in linea eadem in tercio ordine est in spacio
⁊ ecōuerso verbigrā a minuta est in linea aa geminata est
in spacio. b minuta in spacio bb ꝟo geminata in linea ⁊ sic
de reliquis. Tercius ordo cōuenit cum primo in situ loci
discrepat aūt in figura. D His omnibus diligenter
consideratis poteris cognoscere ꝙ omnis vox seu clauis
que in manu situat̄ in numero impari censet̄ stare in linea
Que ꝟo in numero pari iuncturarū ponit̄ censet̄ stare in
spacio. (Sillaba sit prima) Vult auctor sic dicere ꝙ p̄me
sillabe trium alphabetoꝝ que in versibus precedentibꝯ po
nuntur claues vocant̄ ideo quia reserant cantum videlicꝫ
vtrum sit b durus. naturalis vel b mollis Unde sicut cla-
uis que aperit seram: voluit hinc inde ⁊ reuoluit vectē vel
repagulum. antecꝫ quicꝫ reserer. Sic etiam cantus volui
tur ⁊ reuoluitur per predictas claues antecꝫ sciatur: vel di
scat̄. Reliq̄ ꝟo sillabe clauibus iuncte dicunt̄ voces. id
est signa vocum quia resonare videntur. (Primi scito gra
ues ⁊c̄.) quia inter voces trium alphabetorum musice ar-
tis. alie dicunt̄ graues. alie acute. alie supacute. Iccirco au
ctor subinfert vocum distinctionem Dicens ꝙ voces p̄mi
alphabeti dicuntur graues. Ideo quia grauiꝰ ⁊ remisse so-
nant. Inter quas tamen voces prime quatuor illud speci-

aliter retinent nomen. Relique vero quatuor videlicet d sol re elami f faut et g solreut non solū dicunt graues sed etiam finales quia fere om̄is cantus finit in ipsis. Voces aūt secundi alphabeti quod scribit per minutas literas dicunt acute quia acutius sonant q̄ priores. Voces vero tercij alphabeti dicunt supacute. Quidā tn̄ vocāt voces secūdi alphabeti affinales. Item quidā vocant primas tres voces eiusdem secūdi alphabeti acutas. Reliquas vero superacutas. Et voces tercij alphabeti vocant etiā excellentes. E Clauibus in grauibus etc. Hic annectit auctor quoddam notabile. Dicens q omnis cantus qui poterit apte et competenter neumari seu notari et insup cantari in grauibus clauibus seu vocibus. In affinalibus clauibus siue etiā in acutis seu excellentibus siue supacutis nō debebat cantari seu notari. Sicut em̄ in logyca per quadam maxima habet q om̄e totum est maius sua parte. Et quicqd predicat de genere predicat etiam de specie. Sic etiam in musica precedens notabile habet per quadam regula generali eo q etiam affinales seu etiam acute siue supacute claues seu voces. tn̄ adinuente sunt pter tales cantus qui in grauibus apte non poterant decantari.

√ Voces monstrare discas hinc et variare.

Per solmaturam que multā fert tibi curam

Quando mutabis vocem pro voce locabis

Sed q̄s dabit voces se nplum mutatio plures.

Si mutare cupis normas has mente tenebis.

Nunq̄ mutabis nisi sit mutare necesse.

Si varias cupias tibi normas artis adesse.

Vocem si clauis habet vnam non variabis.

G amaut ac are bmiq̄ nequis variare.

Cuius sunt gemine poteris bis eam variare.

Sed nō mutatur bfa bmi nec variatur.

Eius ꝛ octaua: ne sit mutatio praua.

Nam fa mi dare nunq̄ poteris variare.

Clauibus in quinis sic voces non variabis.

Vel dic septenis si mauis: nam bfabmi.

Binas ꝑ duo bb claues annectis vtriq̄.

¶ Sequitur secunda pars principalis huius capituli in quo auctor declarat vocum tribus alphabetis prescriptis mutarum mutationem. Et diuidit hec pars in duas In prima parte auctor ostendit quid sit mutatio. In secūda parte varias regulas de mutatione vocū subinfert Secunda pars ibi (Si mutare cupis) In prima predicit auctor ꝙ mutatio que requiritur in solfatura sic diffinitur. Mutatio est vnius vocis pro altera vicaria prestatio (Si mutare cupis ꝛc). Hic subiungit auctor tres regulas de mutatione. Et potest hec pars in plures partes diuidi ſm ꝙ auctor ponit plures regulas de mutatione. Prima regula tal' est ꝙ nunq̄ debet fieri mutatio nisi in eo loco vbi necessitas ascendendi vel descendendi ad hoc compellit. Et hō ideo ne fiat ꝑ plā qđ ꝑfici ꝑ pauciora qđ etiā in omni arte viciosum est. Hic nota qđ quotienscunq̄ mutatur aliqua vox totiens talia vox in omni loco mutationis de

bet relinqui vt eadem vox ibidem inueniat post reuersio/nem que ibidem fuit derelicta. Item si aliquis fm eundẽ modũ mutari non potest de vna voce in aliam sine muta/tionibus saltus fiat vt si contingat nos saltum facere ab cla mi in bfabmi z econuerso. Et sic de quibusdam clauibus alijs vt infra plenius patebit. B Voces si clauis zc

Dic subiungit auctor regulas mutationum speciales Et primo de clauibus que habent vnam vocem. Secundo d his que habent duas voces. Tercio de his que habent tres voces. Quarto subinfert quandam regulam genera/lem: partes patebunt infra p ordinem. De clauibus vnam vocem habentibus breuis est regula videlicet ista q̃ nullã habent mutationẽ. In his enĩ clauibus nõ est altera vox ergo nec mutatio. Cuius sunt gemine. Dicit auctor q̃ illa clauis que dnas habet voces: duas etiã habet muta/tiones. Et vt has mutationes plenius cognoscas scire de bes q̃ hic est ordo in vocibus vt re mi fa sol la In clauib͡ ergo habentibus duas voces p ascensum mutat̃ vox po/sterior in priorem. p descensum v̊o vox prior in posteriorez

Ab ista regula excipit̃ cesolua z ddlasol. In quib͡ am/be mutationes fiunt deorsum tñ. Nota etiã q̃ licet bfa bmi z sua octaua videlicet bbfabmi duas habeant voces nullam tamẽ habent mutationem. In ipsis enĩ semper fa cantat̃ p cantum bmollẽ z mi p cantũ bdurũ. Et in eisdem cantib͡ semp ante vel post fiũt mutationes sique necessa/rie sunt. Fa enĩ parũ eleuabit̃ z mi parũ deprimit̃ que debi tam ad seinuicẽ impediunt mutationẽ. Itẽ in bfa bmi non fit mutatio: quia habet duas claues quarum vtraq̃ scilicz bfa z bmi vnã tñ habet vocem: Mutatio aũt ad minus sp requirit duas voces. Ex his colligit̃ q̃ in septẽ clauib͡ scilicz ut are bmi z in vtroq̃ bfabmi cũ duas habeãt claues nõ fiũt mutationes. In octo v̊o clauibus duas voces ha bentib͡ in singulis eaꝝ due fiũt mutationes que octo cla/ues sunt Cfaut dsolre elami z sua octaua ffaut z sua octa/ua cesolua z ddlasol. Et sic breuit̃ hẽs. xv. claues expeditas

Capitulum primum

CLauis triplata vicibus fit sex variata.
Ex his vt varium valeas cognoscere cantum
Clauibus in cunctis quarum voces variabis
Vicissim sursum mutas vocesq; deorsum
Exceptis ut re mi re fa sol: quoq; la sol
Ut re cum mi re g sol re ut ac alamire
Vicissim sursum mutant. raroq; deorsum
Infra mutato. fa sol: sol la sociato
Clauibus in cunctis quibus has voces sociabis

Hic subiungit autor regulam de clauibus tres voces habentibus. Dicens. q quelibet ipsarum sex habet mutationes. Prima autem istarum clauium est g sol re ut. quod habz tres voces scz sol re z ut. Et sex mutationes. Primo sol mutatur in ut ascendendo. de cantu naturali in b durum. z ut in sol descendendo econuerso. Secundo modo sol mutatur in re ascendendo. de cantu naturali i b mollem. Et econuerso re in sol descendendo de b molli in naturalem. Tertio modo re mutatur in ut ascendendo de cantu b molli in b durum. z vt in re econuerso. Que mutatio similiter fit ascendendo, z raro vel nunquam descendendo. Alamire similiter habet tres voces. scz la mi z re. Et sex mutationes Primo modo mutatur la in re ascendendo de cantu naturali in b durum z re in la econuerso descendendo. Secundo modo mutatur la in mi ascendendo de cantu naturali in b mollem: z mi in la econuerso descendendo. Tertio mutatur mi in re de cantu b molli in b durum. z re in mi econuerso. Et hee ambe mu

tationes fiunt ascendendo C solfaut etiam habet tres voces. scilicet sol fa ut. et sex mutationes. Primo modo sol mutatur in ut ascendendo: de cantu b molli: in b durum. et econuerso ut in sol descendendo. Secundo modo sol mutatur in fa de cantu b molli in b durum. et fa in sol econuerso Et hee ambe mutationes fiunt descendendo. Tertio modo mutatur fa in ut ascendendo de cantu b duro in naturalem et ut in fa econuerso descendendo D lasolre simili modo tres habet voces scilicet la sol et re. et sex mutationes. Primo modo mutatur la in re ascendendo de cantu b molli in naturalem. et re in la econuerso descendendo. Secundo modo mutatur la in sol de cantu b molli in b durum. et econuerso sol in la de b duro in b mollem. Et he ambe mutationes fiunt tantum descendendo. Tertio modo mutatur sol in re ascendendo de cantu b duro in naturalem. et re in sol econuerso descendendo de naturali in b durum Gsolreut in linea et alamire in spacio easdem habent mutationes: quas inferius eorum octaue. Sicut etiam elami in linea. et ffaut in spacio concordant cum suis octauis cc solfa duas habet voces scilicet sol et fa. et duas mutationes. primo sol mutatur in fa de cantu b molli in b durum. et fa in sol econuerso. que ambe mutationes fiunt tantum descendendo dd lasol similiter duas habet voces scilicet la et sol. et duas mutationes. Primo la mutatur in sol de cantu b molli in b durum. Secundo sol in la econuerso. Et he ambe mutationes fiunt descendendo tantum

Discas hinc varium per claues noscere cantum

Nam clauis sepe tibi dat cantum variare

In trinas species cantum distinguere debes

B durus primus. est naturalisque secundus

Tertius hinc cantus b mollis erit vocitatus.

De tribus alphabetis

Bdurum cantum g clavis dat tibi tantum

C naturalis cantus fiat tibi clavis

Cantus bmollis f semper fit tibi clavis.

Bmollis clavi cantus dat fa b fa b mi.

In qua bdurus mi semper dat tibi cantus.

B dat quadratum bdurum. b quoque rotundum

Bmollem cantum debet tibi psallere tantum.

Bdurum triplo reliquos cantus geminabo

Do tria g. duo c. bis f. bis cantibus apte

Bmollem dulce. bdurum succine dure.

Ut naturalem bmollem succinetalem

Sequitur tertia pars principalis huius capituli. In qua autor tractat de variis speciebus cantus. Et dividitur hec pars in quatuor partes. In prima parte ostendit autor: quod cantus variatur per varias claves. Et cum hoc cantum distinguit in tres species In secunda parte declarat illas species per ordinem In tertia parte easdem species subdividit quandam dictam subiungendo. In quarta annectit quedam incidentia. per que respondet tacitis questionibus. Secunda pars ibi (bdurum cantum) Tertia ibi (bdurum triplo (quarta ibi (doctores cantus) Circa primam partem nota quod antiquissimi musici quidem tantum sex vocibus: seu cordis: vel saltem octo vocibus in monocordo: et in musica sua. et nullis mutationibus utebantur. et omnem cantum naturalem vocabant. Deinde post longum tempus docentes et discentes musicam plures notas et voces invenerunt.

⁊ easdem p ascensum ⁊ descensum diuerso cantui addiderunt. Unde etiam b mollem mu ici ppter dulcedinem ⁊ mollicicm cantus addiderunt differentiam assignantes inter b ⁊ b. vt diceretur b molle. ⁊ aliud b durum. eo q durior ez sonoritatem inducit. Et sic cantum in tres species distinxerunt. plures differentias dispendiose assignantes inter easdem species. quaꝝ specieꝝ nomina claues ⁊ dissensiões sufficienter patent in textu (Ut naturalem) Dicit autor q cantus bmollis ɔcordat frequenter cum naturali. q ex hoc cognoscere poteris. qꝛ plures cantus quinti toni qui incipiunt in ffaut p cantum bmollem. et ibidem etiam finiuntur. eodem mō p cantum naturalem incipi possunt i csolfaut. ⁊ ibidem finiri. vt patere poterit infra in alleluia Agnonos cristo. de sancta Agnete. Et in q̄pluribꝫ alijs cantibꝫ consimilibꝫ

Doctores cantum plures addunt sinomenum
Qui sic est dictus sinomenus id est superauctus
Sicut bmollem cantum prestat bfabmi.
Dicentes posse talem quoqꝫ tradere bmi.
Musica si voces mi fa sol la sociasset.
Quattuor ad claues: ⁊ in bis prior are fuisset
Voces ad claues: manui sed quas manus aptat.
Has instrumentis manufactis sepe coaptat
Organa recta: lira: quod monstrant: ac monocorda
Per que quit bmi cantus bmollis adesse

Capitulum primum.

Quod puto prodesse fieri quoq; sepe necesse
Si cupimus cantum bene psallere gregorianum
Antiqui libri sicut monstrant reperiri
Ut patet: in sole graduali. consimiliq;
Cantum quem veteres cupiunt finire dsolre
Hunc quamvis iuvenes finire velint alamire
Bmollis talis scis ꝙ nequit f fore clavis
Talem sed cantum bmi dat per b rotundum.
Quod bene formata monstrare queunt monocorda.
Nec tamen vt vocem poterunt hec iungere primam
Quod neq; prodesse poterit quicquam vel obesse
Hic cantus clare quia tamen transit ad are
Sepius z bmi tantum cupit associari
Quem finire tonus vult per dsolre secundus
Si vel ad antiqui cupis hunc cantare magistri
Quem nunc finire iuvenes gliscunt alamire
Artem discamus vsum quamvis teneamus
Dupliciter scriptum cantum discamus z istum.

Capitulum primum

Sic totamq̃ manũ mage noscimus ⁊ monocordũ.

k Hic auctor ponit quoddã incidens ꝑ quod respon- det tacite questioni. Posset enĩ aliquis dicere cum cantus bmollis a gsolreut in spacio vsq̃ ad gsolreut in linea inue- niat̃ ⁊ interserat̃ inter gsolreut ⁊ csolfaut in secundo alpha beto et etiam supius in tercio alphabeto inter gsolreut in linea ⁊ inter ccsolua in spacio. vtrũ necetiã infimus inter gamaut ⁊ cfaut in primo alphabeto eodẽ modo cantus b- mollis possit haberi ⁊ decantari. Respondet auctor ⁊ dicit ꝙ bene possit ⁊ debeat fieri licet enĩ doctores musice artis infra in manu voces aptas cantui bmolli clauibus nõ at- tribuunt vt possim⁹ descendere a dsolreut vsq̃ ad gamaut ꝑ has voces la sol fa mi re ⁊ eodẽ modo ascendere ꝑ solua- turam ꝑ easdem scʒ re mi sol la. Sicut ꝑ habundantiã vo cum possumus facere a gsolreut vsq̃ ad csolfaut ⁊ etiam a gsolreut in linea vsq̃ ad ccsolua. Tamen id apte potest fie ri in instrumẽtis manufactis seu artificialib⁹: vt in mono- cordo Organis Lira ⁊ ceteris instrumentis. Et hoc sen- tit beatus Greg⁹. ⁊ om̃es antiqui scriptores musice qui no tando responsorium graduale: In sole posuit: cum consi- milibus gradualib⁹ in are ꝑ cantum bmollẽ incipiebant ⁊ in dlasolre cum sint secũdi toni apte ꝑ notam finalem finie bant quod nullatenus poterit fieri nisi ꝑ cantum bmolleʒ vt a Cfaut ad Bmi tonus ⁊ nõ semitoniũ decantet̃. Qđ optime fit ꝑ instrumenta musicalia quia cuʒ in speciebus dyapason eedem voces esse dicant̃ vt plenius infra pate- bit. Ideo ne mirum si cantus sinomenus. id est vltimo ad iunctus ⁊ inuentus qui vocat̃ alio nomine bmollis supra inter g ⁊ c locum habeat quin hoc etiã fieri possit infra in grauibus infra g grecũ ⁊ C capitale. Et sic tres cantus b- molles possunt esse ⁊ fieri: ⁊ hoc precipue in musicalib⁹ in- strumentis. Et quia moderni cantores plures cantus se- cundi toni vt graduale: In sole posuit tabern. ⁊ grecis: A summo celo: ꝯm beatum Gregoriũ ⁊ ꝯm instrumenta mu-

Hec Est dispositio monocordi. Lre eñ alphabeti cũ suis vocibus: sicut hic descripte sunt: sic in monocordo p debitã mẽsuram scribi et disponi debent vti hic existit. Linee vero breues pro ligneis gradibus posite sunt. Sed due extreme linee in fine et in principio monocordi posite significãt magadas: seu capitella corde. Circuli vero significant formam pro resonantia augenda.

cantus — duriales tres — Naturales duo — B molles duo

He quattuor dicuntur graues

He quattuor dicuntur vel finales et etiam graues

He octo claues dicunt capitales seu grosse claues. Et est primus ordo alphabeti

He tres affinales. aliqui acutas vocãt

Has quidã vocãt supacutas

Has vocãt excellentes

He octo claues dicuntur minute et acute Secundus ordo alphabeti

He dicuntur Claues geminate Et est tercius ordo alphabeti

sicalia volunt decantare p cantum bmollem qui potest es-
se z fieri in gravibus clavibus p instrumenta musicalia.
Ideo eosdem cantus qui debent in Are incipi: z in Dsol-
re finiri, incipiunt in elami z finiunt in alamire p notam fi
nalem. Et quedam alia gradualia sc3. Domine deus vir-
tutū Exarta dñe z Tollite portas zc. L quegradua-
lia antiqui incipiebant in Cfaut z p notam finalem cū sint
secundi toni finiebant in Dsolre. Moderni ꝟo incipiunt
in Gsolreut. z similiter finiunt in alamire p notam finalē
Et sic mutant debitum finem secundi toni scilicet Dsolre
z cum hoc mutant cantum in sinali suo. Ubi fit ascensus
de Elami in linea ad ffaut in spacio Ibi em̄ cantant semi
toniū vbi tonus debite iuxta Gregorium debet decantari.
Et hec omīa planius patebunt infra per duplicem notam
seu neumam predictorum gradualiū ad maiorē declarati-
onem z demōstrationem eoꝝ que predicta sunt neumato
rum seu notatorum dupliciter p claves zc. Hec tamē vt
vocem poterunt hec sung. re primam. Dicit auctor ꝙ can
tus bmolles qui infra decantant in manu p monocorda
non possunt habere primam vocem. scilicet vt. q2 in mono
cordo apte mensurato fm antiquos in gamaut sonat re et
infra gamaut non est aliqua vox. Tamen via artis mono
cordum posset formari z mensurari In quo scum hac vo-
ce vt. prima posset reperiri fm modernos vt postea pate-
bit ibi Infra g grecum zc.

Capitulū. II. de monocordo

Entio sed facta cū supra sit monocordi.

Ipsius formam nostro decet addere cordi.

De tribus alphabetis

Per multam partem quia nos haūc ducit ad artem
Et gliſcit noſter certiſſimus eſſe magiſter.
Nec ſicut reliqui precium petit ipſe magiſtri
Quamuis cantare doceat nos nocte dieꝗ
Omni pro nobis cupiatꝗ carere quiete
Ipſi ſi volumus: rei ſi nos ſociamus
Ergo ſuum varium ſtudeamus diſcere cantum
Quem donat gratis vt fons nimie pietatis
Nec perturbatur decies ſi percutiatur
Immo quando plagas centum ꝯas ſuſcipit omnes.
Non dedignando ſed mage compatiendo
Quod tua mens ſtulta nequit apte dicere multa
Concinnaꝗ ligna bene decantant ſine lingua:
Dic rogo doctorem ſi vidiſſes itaꝗ mitem
Dicere non poteris quia nullus adeſt ita mitis
Pitagoras factor cuius fuit atꝗ repertor
Iſtum doctorem tibi preſtant concaua ligna
Cum ſola corda magadis apte ſociata.

~~De tribus alphabetis~~

